

inde fideiussore dicto Nicolao sire petri patre meo. ut ego vel mei heredes demus dicte Gemme filie tue quam a te michi legitime et presentialiter vadiam uxorem Augustales . . . . per me in Meffio eidem uxori mee die votorum nostrorum. Solvendos sibi vel suis heredibus per me vel heredes meos statim soluto matrimonio inter me et eandem Gemmam filiam tuam uxorem meam, iuxta quod moris est inter cives . . . . viventes. Et ut iuste et pacifice cum eadem uxore mea vivam et quotiens sibi Iniustum fecero, totiens Augustales auri decem sibi componam et vicium ipsum emendem. Testamentum quoque vel dispositionem rerum suarum quod vel quam dicta Gemma . . . . mea legitime fecerit sive presens sive absens fuero non disrumpam set ratum et firmum habeam. Sin autem pro unoquoque predictorum contractuum predicte pene subiaceam hoc scripto in suo. durante vigore. Unde voluntarie tam ego predictus Rogerius [prin]cipalis. quam ego predictus Nicolaus fideiussor. anteposuimus et obligavimus. dicte Gemme f. sue uxori mei predicti Rogerii omnia et singula Bona nostra stabilia et mobilia habita et habenda. existentia ubicumque. cum potestate capiendi vendendi et Ipsam Gemmam et suos heredes exinde conservandi Indepnes nobis quoque defendantibus antepositionem ipsam eidem Gammem (*sic*) et suis heredibus ab omnibus perfecta omnia adimpleantur et observentur. Quod scripsi ego predictus Gualterius puplicus Baroli notarius qui predictis rogatus interfui et meo signo consueto signavi. (*C'è il segno*).

† Iohannes de Maurone q. s. Iudex. (*Segno*).

† Riccardus de Roma testatur.

† Matheus de Galiano.

† Ego Iohannes Marcus tessor (*sic*).

† Anno ab Incarnatione domini nostri Millesimo Trecentesimo etc. (*come sopra*). Ego Rogerius f. Nicolai sire